



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

36. Electio Regis Romanorum, Christophorus Bernardus lustrat
Hungariam, & Austrium. Ratisbonam redit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1653.

ficeretur. Quantum abscissa spes virum feliciore expectatione successus erectum pupugerit, docuerunt lacrymæ præter morem, uti fertur, clam in cubili uberrimè effusæ. Postremam igitur aleam tentatum visum est, si forsan ætatis suæ & dignitatis commiseratione tactus Imperator, compositionis arbitros nominet, supplicem iterum libellum porrigere hoc modo inscriptum

Ad Sacram Casaream Majestatem iterata devotissima supplicatio in puncto ad tantandam concordiam humillime petita commissionis Bernardi à Mallincrot Decani Monasteriensis. Sed Imperator & Ministri

Rejicitur
tertio.

Oratoris sana quæquæ consilia respicientis obstinationem magis indies docti tandem statuunt. Supplicanti famosum juxta ac injuriosum scriptum suum cum exprobratione mox reextradatur, ac præterea serio injungatur, ab omni in posterum supplicatione & ulteriore contradictione se prorsus contineat. Ex Consilio Imperiali aulico 4. Junij 1653. Lætiore igitur eventus desperatio coëgit impensis tot frustra sumptibus inglorium Westphalam repetere & nihilò tamen minus sui ut antè sententiam tenacem, ea capeßere consilia, quæ postea memorabimus, vel ipsi auctori exitiosa.

Redit
in Westphalam.

Verum jam antè sub Aprilem magno Ordinum Imperij consensu decreta erat Regis Romanorum electio, & sedes electionis

36.

Electio
Regis
Romanorum.

1653.

tionis designata *Augusta Vindelicorum*.
 Igitur die decimâ septimâ Maij, Cæsar
 cum Ferdinando Hungarorum Rege, Ra-
 tisbonâ Augustam abit. Ubi cum pridie
 Kalendas Junij, convenientibus in unum
 suffragiis, *Ferdinandus quartus*, jam pri-
 dem Hungariæ ac Bohemiæ, nunc Roma-
 norum Rex auspiciò electus esset, & ipse
 & Cæsar Ratisbonam die quintâ Junij re-
 vertuntur. *Christophorus Bernardus* quan-
 dò discedentem Ratisbonâ Cæsarem reli-
 quos inter Principes aliquò usque dedu-
 xerat, ipso eodem die cum primoribus
 quibusdam aulicis secundo Danubio Vien-
 nam descendit, & post lustratam Hunga-
 riæ & Austriæ magnam partem revertit.
 Transiens Salisburgo à Paride Lodronio
 Archi-Præsule cognitus, lautè excipitur.
 Habito cum invicem longo sermone, mi-
 hi testatus est non semel, ab isto Prin-
 cipe grandævo multa se doctum, quæ
 in arduis postea negotiis non rarò pro-
 fuere. Indè salutatâ apud Oetingam DEI-
 parâ, ante Cæsaris reditum Ratisbonam
 se recepit; coronationi Regis, quæ deci-
 mo quarto Kalendas Julias incredibili ap-
 paratu, pompâ & gaudio peracta est, ad
 cæteros interfuturus. Exeunte Junio Or-
 dinibus Imperij prælecta Cæsarea proposi-
 tio, vernaculo quidem sermone, sed in
 hanc sententiam.

G 4

'Hand

C. Bern.
 lustrat
 Hunga-
 riam &
 Austriâ.